



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De connexione virtutum quæ non separantur: & an cunctæ virtutes pares  
sint in quocunque sunt. A. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



men quæ secundū Deum est: ac verus & præcipuus cultus eius est. Si ergo colat mens hominis Deum cuius ab eo capax facta est, & cuius esse particeps potest, sapiens ipsa fit & non sua luce, sed summæ illius lucis participatione sapiens fit. Ista ergo hominis sapientia est Dei est: verum non ita Dei est, ut ea sapiens sit Deus. Non enim participatione sui sapiens est, sicut mens participatione Dei. Sic etiam dicitur iustitia Dei, non solum illa qua ipse iustus est: sed etiam illa quam dat homini cum iustificat impiū.

DE CONNEXIONE VIRTUTVM, QUÆ

*non separantur.*

DISTINCT. XXXVI. A

Solet etiam queri, vtrum virtutes ita sint sibi coniunctæ, ut separatim non possint possideri ab aliquo: sed qui vnam habet omnes habeat? De hoc etiam Hier. ait: Omnes virtutes sibi hæret: ut qui vna caruerit, omnibus careat. Qui ergo vnam habet, omnes habet. Quod quidē probabile est. Cū enim charitas mater sit omnium virtutū: in quoque mater ipsa est, scilicet charitas, & cuncti filij eius, id est, virtutes recte fore creduntur. Vnde Aug. Vbi charitas est, quid est quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse. Cur ergo non dicimus. Qui hanc virtutē habet, omnes habet, cum plenitudo legis sit charitas? quæ quanto magis est in homine, tanto magis est virtute præditus: quanto vero minus, tanto minus inest virtus: & quanto minus inest virtus, tanto magis inest vitium.

*Si cunctæ virtutes pariter sint in quocunque sunt.* B

Vtrū vero pariter quis omnes possideat virtutes, an aliæ magis, aliæ minus in aliquo ferueant, quæstio est. Quibusdā enim videtur, quod aliæ magis, aliæ minus habeantur ab aliquo: sicut in Iob patientia emicuit, in David Humilitas, in Moyse mansuetudo, qui etiā concedunt magis aliquē mereri, per aliquā vnam virtutem quam per aliam, sicut eam plenius

*Aug. in lit.  
14. de Trin.  
ca. 1. in prin.*

*Hier. commentario  
ad illud. 56.  
cap. 16.*

*Esa. Custodite iudiciū  
in tom. 5.*

*Super. Ioan. tract. 83. ad  
illud ca. 15.*

*Ioan. hoc est  
præceptum  
meum in*

*tom. 9.*

*Rom. 13. d.*

*Iacobi 3. e.*

*2. Reg. 6. o.*

*Num. 12. d.*



2. Cor. 1. b

In 6. li. de tr.  
ca. 4 in  
principio.

ad Heb. 11. b  
Iacobi. 5. c

In Epistola  
ad Hiero. 26.  
Non longe  
à principio  
in tomo 2.

plenius habet quam aliam. Non tamen magis per aliquam meriti dicunt, quam per charitatem: nec aliquam plenius à quoquam haberi, quam charitatem: Alias ergo magis, & alias minus in aliquo esse dicunt: sed nullum plenius charitate, quæ cæteras gignit. Hæc dicunt esse multas facies, quas memorat Apostolus, dicens. Ex personis multarum facierum, &c. Alij verius dicunt omnes virtutes, & similes & pares esse in quocumque sunt: ut qui in vna alteri per extiterit, in omnibus eidem æqualis sit. Vnde Aug. Virtutes, quæ sunt in animo humano, quamuis alio & alio modo singulæ intelligantur, nullo modo tamen separantur ab inuicem: ut quicumque fuerint æquales, verbi gratia. In fortitudine æquales sunt & prudentia, & iustitia & temperantia. Si enim dixeris æquales esse istos in fortitudine, sed illum præstare prudentia, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit: ac per hoc nec fortitudine æquales sunt, quia est illius fortitudo prudentior, atque ita de cæteris virtutibus inuenies, si omnes eadem cõsideratione percurras. Ex his clarescit omnes virtutes non modo esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicitur aliquis aliqua præeminere virtute, ut Abraham fide, Iob patientia: secundum vsus exteriores accipiendum est, vel in comparatione aliorum hominum: quia vel humilitatis habitum maxime præfert, vel opus fidei, vel alicuius cæterarum virtutum præcipue exequitur. Vnde & ea præ aliis pollere, vel inter alios homines singulariter excellere dicitur, secundum hunc modum scilicet, secundum rationem actuum exteriorum: ut Alibi Aug. dicit, in aliquo aliam magis esse virtutem aliam minus, & vnam inesse virtutem, & non alteram. Ait n. sic, Clarissima disputatione tua satis apparuit, non placuisse auctoribus nostris, immo veritati ipsi, omnia paria esse peccata, etiam si hoc de virtuti-



cutibus verum sit: quia etsi verum est eum, qui ha- *Ibidem post*  
 bet vnam omnes virtutes habere, & eum, qui vnā *medium.*  
 non habet nullā habere: nec sic peccata sunt paria,  
 quia vbi virtus nulla est, nihil rectum est: nec tamē  
 ideo non est prauo prauius, distortoq; distortius.  
 Si autem (quod puto esse verius sacrisq; literis cō-  
 gruentius) ita sunt animæ intētionēs vt corporis  
 membra, nō quod videantur locis, sed quod sen-  
 tiantur affectibus & alius illuminatur amplius, a-  
 lius minus, alius omnino caret lumine. Profecto  
 vt quisq; illustratione piæ charitatis affectus est, in  
 alio actu magis, in alio minus, in alio quo nihil: sic  
 dici pōt habere aliam, & aliam, non habere aliam  
 magis & aliā minus. Nam & maior est in isto cha-  
 ritas quam in illo: & ideo recte possumus dicere &  
 aliqua in isto, nulla in illo, quantū pertinet & ad  
 charitatē, quæ pietas est: & in vno homine quidē,  
 quod maiorē habeat pudicitia quam patientiam,  
 & maiorē hodie quam heri, si proficit in ea: & ad-  
 huc non habeat continentia, & habeat non parua  
 misericordiam. Et vt generaliter breuiterq; com-  
 plectar, quā de virtute habeo notionē. Virtus est  
 charitas, qua id, quod diligendū est diligit. Hæc &  
 in aliis maior est, in aliis minor, & in aliis nulla est:  
 plenissima vero, quæ iam non possit augeri, quā-  
 diu hic homo vivit in nemine est. Hic insinuari  
 videtur, quod aliquis ea ratione possit dici habe-  
 re vnā virtutē magis quam aliā, quia per charita-  
 tē magis efficitur in actu vnius virtutis, quā alte-  
 rius: & propter differentiā actuum virtutes magis,  
 vel minus habere dicitur. Pōt & aliquam non ha-  
 bere, cum tamen simul omnes, & pariter habeat  
 quantū ad mentis habitum vel essentiā cuiusq;. In  
 actu vero aliā magis, aliam minus habet, aliam et-  
 iā non habet: vt vir iustus vtens cōiugio, nō habet  
 continentia in actu, q̄ tamen habet in habitu. Cur *Ibidem pan-*  
 ergo nō dicatur paria peccata? Forte q̄ magis fá- *lo inferius.*  
 cit



Rom. 13 e  
Iacobi. 2 b

cit cōtra charitatē, qui grauius peccat, minus quā  
leuius. Nemo enim peccat, nisi aduersus illā faci-  
endo, quæ est plenitudo legis. Ideo recte dicitur  
Qui offenderit in vno, factus est omnium reus, id  
est, contra charitatem facit, in qua pēdent omnia.

*Repetit de charitate, vt addat quomodo tota lex  
ex ea pendeat.*

*Matth. 22 d* Cum duo sint præcepta charitatis, in quibus vt  
prætaxatum est, tota lex pendet & prophetæ, ad-  
uertēdum est quomodo hoc sit, cum in lege & pro-

*Actor. 15. d*

phetis multa fuerint ceremonialia mandata, quæ  
si ad charitatis sanctificationem pertinuissent, vi-  
derentur nondum debuisse cessare. Quia vero nō  
iustificationis gratia quam facit charitas, institu-  
ta sunt, sed in figura futuri & in onus imposita, i-  
deo clarescēte veritate cessauerunt, velut vmbra.  
Veruntamen & ipsa ceremonialia secundum spiri-  
tualem intellectum quæ continent, & omnia mo-  
ralia ad charitatem referuntur. Pertinent enim o-

*Matth. 5. a*

mnia ad decem mandata in tabulis scripta, vbi o-  
mnium summa perstringitur, ex quibus cætera e-  
manant: sicut in sermone Dñi octo virtutes præ-  
mittuntur, ad quas cætera referuntur. Et sicut ad  
decem mandata decalogi cætera referuntur, ita &  
ipsa decem ad duo mandata charitatis pertinent:

*Glos. ord. Ex  
6. 55. & 36. l.  
1. de doct.  
Christian.  
ad illud. 1.  
ad Timo. 1.  
Finis præce-  
pti est cha-  
ritas.*

Omnia ergo ad duo mandata charitatis pertinēt:  
quia per charitatem implentur, & ad charitatem  
tanquam ad finem referri debent. Vnde Aug. To-  
tam magnitudinem & amplitudinem diuinorum  
eloquiorum possidet charitas, qua Deum proxi-  
mumque diligimus: quæ radix est omnium bono-  
rum. Vnde veritas ait, In his duobus mandatis v-  
niuersa lex pendet & prophetæ. Si ergo non vacat  
omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuo-  
lucra sermonum euoluere, tene charitatem, vbi  
pendent omnia: quia perfectio est & finis omniū.  
Tunc enim & præcepta & consilia recte fiunt, cum

*Matth. 21. d*

refe-